

Acta sub. et coll. M. 17
de la sub. et coll. M. 17
DE AVTHORITA-
TE OECVMENICAE ET

Romanæ Ecclesiæ, & sacro eius prin-
cipatu compendiarie tractatio, duobus libris
distincta. Authore Ioanne Blasio Nauar-
ro Valentino Doctore Theologo, sanctæ
Metropolitane Valentiniæ ecclesiæ, Le-
ctore, Ac in florentissima eiusdem ci-
uitatis Academia publico Theo-
logiæ professore. &c.

Ad Illustrissimum ac Excellentissi. Principem Melitanum. &c.



BARCINONE:
Apud Claudium Bornat.

Cum privilegio ad decenniũ.



Ego frater Raymundus
Pasqual sacrae Theologiae professor or-
dinis praedicatorum, Conuentus sanctae
Catherinae Barcinonensis, vidi & examinaui ex
commiſſione Reuerendiſ. Episcopi Barcino-
nensis librum cui titulus est, De authoritate oecu-
menicae & Romanae Ecclesiae & sacro ipsius prin-
cipatu editum a Reuerendo Doctore Magistro
Ioanne Blasio Nauarro Valentino, quem apro-
batum do tanquam catholicum verum & nullum
errorem continentem, aut suspectam doctrinam.
Dat. Barcin. die. XXV. Junii. M. D. LXVI.

Nos Guillelmus Cassa-
dor Dei & Apostolicae sedis gratia Epif-
copus Barcinonenſ. attenta relatione pre-
dicta concedimus licentiam imprimendi preſa-
tum librum. Dat. Barcinon. die. XXV. Junii. 1566.

DE AVTHORITA
TE OECVMENICAE ET
Romanæ Ecclesiæ, & sacro eius prin
cipatu, Compendiaria tractatio
duobus libris distincta.



SACRO sanctæ, & œcumē
nicæ Ecclesiæ tractationem
aggrediētes, primum omnū
(ne homonymiæ vitio labo
remus) ab ipsius definitione
exordium ducemus. Ecclesia
græca vox est latine cētum,
multitudinem, congregatio
nem, aut verius conuocatio
nem significat, non quamcū
que hoc est non varijs culti
bus dispersam, sed in vnā uni
us orthodoxæ fidei atque eorundem sacramentorum cō
munionē sub vno capite conciliatam. Cuius qui partes &
membra sunt atque in eam conueniunt, singulari dei opti
mi maximi vocatione asciti sunt. Quod Paulus Apostol⁹,
Ecclesiæ Romanæ scribens, visus est significare dicēs cap.
viii. illius epistolæ. Paulus Apostolus, omnibus qui sunt Ro
me, dilectis Deo vocatis sanctis, quasi diceret sanctos & fi
deles, eam ob causam Romanos esse quod per Dei gratiā,
in vnā veram, catholicæ fidei religionem illi essent vo
cati, teste Athanasio eodem loco, tum & in priore ad Cho

Paulus.

A rin-

tionē. SS. sed præcedente diligenti discussione ac studio, non secus atq; Apostoli, præcedente magna conquisitione. Itaque mediante proprio illorū iudicio. SS. operatur, cū hæc decreta, quatenus à. SS. proficiscuntur, valida quidē sunt & omnino in dubia, nā. SS. spiritus est veritatis. At quatenus pendent ex humano illorum iudicio, iudicio incerta quidē sunt, nec omnino valida. Quare ea ex parte, qua ab humano iudicio proficiscuntur, egent cōfirmatione & robore. Iā si diceres. SS. in Papa definiēte, operatur vna cū illius iudicio, ergo definitū à Papa, nō est omnino certū, nec confirmatio infallibilis esset. Huic respondeo, quòd tametsi Papa definiat & confirmet proprio iudicio sed propriū illius iudiciū. SS. priuilegio infallibile est, ita vt cū cōfirmat vel definit quæ fidei sunt, & de cathedra pronūtiat, tam eximio afflatu. SS. agit & mouet, vt errare ipse nequeat, neq; illius iudiciū in hac parte periclitatur, & quanq̃. SS. adsit in cōsilio, muneribus sapientię consilii in numeris donis & charismatibus. At cū hoc priuilegio, tā eximio vt infallibile sit in rebus fidei iudiciū nemini vere adest, nisi Rom. Pontifi. pro cuius infallibili in rebus fidei iudicio Christus patrem rogauit, cum pro Petro rogauit, dicens, Ego pro te rogavi Petre vt non deficiat fides tua. Quę intrepide affirmari video à clarissimis viris, Turre cremata, Caietano, Melchiore Cano, Pichio, Naclanto, quorum sententiā profitemur.

Luce. 22.

F I N I S.

EXCVDEBAT BAR
cinone, Claudius Bornatius.

Anno. 1566.